



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. VIII. Ordo Clericorum Regularium Minorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

CAPVT VIII.

*Ordo Clericorum Regularium
Minorum.*

Congregatio Clericorum Regularium Minorum principium habuit in ciuitate Neapolitana ab admodum R. P. *Augustino Adornio* Genuensi, & aliquot eius socijs, videlicet *Ioanne Francisco*, & *Fabricio* illustrissimæ familiæ *Caracciolorum*, sub Sixto V. Summo Pontifice, anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo octauo aut nono; 1589. fuitque postmodum confirmata à Gregorio XIII. & à Clemente VIII. & priuilegia Patrū Theatinorum fuerunt eisdem concessa, adeoque omnium aliorum Mendicantium, per viam participationis. In vrbe Neapolitana sacratissimum & antiquissimum templum sanctæ Mariæ Maioris cum continuis ac feruentissimis orationibus, alijsque carnis macerationibus, summa cum laude ac proximorum salute inhabitant. Qui quidem P. Augustinus Neapoli, biennio ferè post supradictæ congregationis foundationem, sanctissimo fine quieuit.

In vrbe Roma dicti Clerici Regulares minores conuentum habent ad S. *Laurentium in Lucina*, & alterum ad S. *Agnetem in Agone*.

CA-